Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae evangeliae libri quattuor - Cod. Aug. perg. 217

Iuvencus, Gaius Vettius Aquilinus

[S.l.], [9./10. Jahrh.]

Liber II (Rest fehlt oder ist falsch gebunden)

urn:nbn:de:bsz:31-67026

Visual Library

Pro meritis operum promittens præmia digna
Illi non celiter læti præceptis sequuntur.
Ast ubi sexta dehinc locis transfluxerat hora
Hæc ut secus hinc alios iuuenes conducere pergit.
Horaeq; nonae dehinc ubi solis cursibus acta est.
Tunc alios peritos conductos iussit adire
Ultima labentis restabat portio lucis.
Egressus cernit iuuenes. causasq; requirit
Cur pigris manibus torperent otiolenta.
Aiunt conductoris quod præ fuissent
Nullae sibi dñs mox hos insistere ruri.
Tunc etiam iussit. sedues pere protinus orto.
Præcepit ut cuncti caperent mercedis honorem.
Aequaliq; omnes portarent præmia nummo.
Tunc manus illa uirum primaq; luce laborem.
Sustulerat. factisq; diem tolerauerat æquum.
Indignans secum tali cum murmure fatur.
Iniustum est istis similem nos querere nummum.
Ultimae quos operi sero coniunxerat hora.
Tum dominus ruris sedato pectore fatur.
In libata tibi mercedis portio scilicet uae.
Redditur. et pacti seruantur iura fidelis.
Istis de nostro liceat concedere tantum.
Quos extrema operis glomerauit portio ruri.
Cum multos homines dignatio sancta uocabit.
Quis per minimam dignum est secernere partem.
Hæc ait et solymos repetit. comitesq; seorsum.

Adloquitur solisq; iteris regionib; infit.
Ingredimur gnaeri truculentaq; moenia adimus.
Filius hic hominis proditur ad ultima mortis
Scribarum procerum ferens ludibria membris.
Adfixusq; cruci post tertia lumina surgit
Ictum zebedei coniux submissa rogabat.
Ut xpo medio caeli sublimis in arce
Felices nati dextra leuaeq; sederent
Tum querit xps calicem si sumere possent
Quem sibi praeceptis instare sumere patris.
Respondent se posse simul. tum tali xps.
Vos nrm calicem fas est potare sed altis.
Sedib; aequali mecum considere honore
Non haec nra dabit cuiquam pro munere uirtus
Haec certis genitor sublimia donare seruat.
Ex indiscipulos dictis pro talib; omnes.
Commotos tali sermonis mulcet honore.
Gentibus infidis cel scedicione potestas
Inponit quoscumq; superdominant eorum.
Exercentq; trucem subiectis urbib; iram.
Vos inter longe tranquillior aequora uitae.
Concordi sterne mitis moderatio pacis.
Magnus et obsequiis cresce supalta minister.
Nec prior quisquam nisi cunctis seruiat unus.
Es se potest. hominis natus sic uestra minister
Obsequio solus proprio pia munera gestat
Pro multisq; animam praetioso sanguine ponit.

At uos ex minimis opib: transcendere uultis.
Et sic sumis lapsi comprenditis imos.
Si uos quisq: uocaceneum conuiua ponent
Cornibus in summis deuitet ponere membra
Quisq: sapit. ueniet forsan si nobilis alter.
Turpiter ex imo cogetur cedere cornum
Quem tumor inflecti cordis p summa locarat
Si contentus erit mediocria prendere cene
Inferiorq: dehinc simox conuiua subibit
Ad potiora pudens transibit strata tororum
Proxima tum solymis conscendit culmina montis.
Ordinib: lucentq glauci comantis oliue
Inclectis iussit sectantum discipulorum.
Obuia castelli monstrans habitacula xpi.
Inde asinam pariter fetu comitante repertam.
Dicere tunc operam dnm sibi sumere uelle
Discipuli celeri complent praecepta paratu.
Adducunt molliq: super uelamina uestis.
Insternunt placidum pullum prebentq: sedendum.
Hinc ueteris quondam fluxit uox nuntiauatis.
Ecce uenit placidus tibi ex quem terga sedentem.
Praemitis gestant asine pulliq: sequentis.
Iam populi stratas praetexunt uestib: omnes.
Quaeq: iter est xpo subnix a fronde coronant
Proxima tunc alii spoliant pcelmita uirore.
Conclamantq: omnes dauidis origine creto.
Osanna ex celsis sit gloria magna trofeis.

Ducere uel siquis causam disquirere uellet. Cursu atam subito quoquam iumentatiam ahant.